HUGO RIPELIN DE ARGENTINA
Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh. Seite 28v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



celum et terra in ea creata sunt. ¶ Item angelus in illa conversus est ad deum. ¶ Item primo data sunt in ea filius israel mandata sicut dicit dicit oratio. ¶ Item xpc in in ea natus est. ¶ Item xpc in ea resurrexit. ¶ Item spc sanctus datus est in ea apostolis. ¶ Item omnes in in ea resurgemus atque iudicabimur. ¶ Item in ea continuamur perpetuo in laude dei. De angelis in comm

Angelus est secundum Damascenum substantia intellectualis semper mobilis arbitrio libera incorporea deo ministrans immortalitatem suscipiens secundum gratiam non naturam. ¶ Substantia ponitur in hac diffinitione pro genere et ponitur ad differentiam accidentis. Intelligitur etiam hic substantia qualiter composita scilicet ex eo quod est et quo est intellectualis dicitur potius quam rationalis quia est virtus collata cause et causati et ideo composita. ¶ Intellectus autem de ratione sui non habet collacionem sed est sine inquisitione et composicione et ideo competit nature magis simplici pro differentia ut est angelus. ¶ Ratio autem differentia nature minus simplicis scilicet hominis. ¶ Semper mobilis non dico de loco ad locum sed mobilitas dicit hic triplicem utilitatem in angelo scilicet ne intelligentie et voluntatis Mobilitatem non habet nature quia omne creatum utibile est in nichil nisi manu omnipotentie dei contineatur Similiter angelus habet mobilitatem intelligentie quia licet in angelo non sit vicissitudo intelligentie quo ad scitam cognitionem rerum in propria natura et quo ad discenda et hoc est quod ait augustinus quod omne cathegoricus intellectum intelligit unum post aliud ¶ Item in voluntate mobilis est angelus quia simul vult hoc et illud. ¶ Item potest dici semper mobilis motu dilectionis. ¶ Arbitrio libero hoc non dicitur propter deflexionem ad bonum indifferenter et ad malum sed propter liberam electionem eorum que voluit. Unus autem semper eligit libere bonum et angelus malus libere et sine coactione